POSITIONES

EX UNIVERSIS INSTITUTIONIBUS.

1. Jus naturæ pro Statu inæquali insufficiens est nec fini Reipublicæ absque juris humani assistentia satisfacit. 2. In legum naturalium applicatione salus Reipublicæ simul spectanda est. 3. Jus naturæ à jure civili derogationem non admittit, in illo tamen indeterminata, ab hoc in bonum Reipublicæ determinari nil vetat. 4. Jus Romanum in Subsidium quidem obligat, fundatam tamen intentionem tribuit, ab onere autem probandi non semper liberat. 5. Inter Prærogativam legum in Germania receptarum, ab harum priori receptione determinandam esse exceptione non caret. 6. Jus Canonicum & Civile sibi invicem sunt subsidio, & quandoque hoc, quandoque illud præferendum est. 7. Legum Romanarum sibi apparenter contradicentium ex variis veræ interpretationis regulis conciliatio institui debet. 8. Definitio Justitiæ in §. *1. Inst. de Just. & Jur.* de Justitia interna rectè sustinetur. 9. Variæ quæ circumferuntur Justitiæ divisiones, justitiæ strictè tali non conveniunt. 10. Jus Gentium à jure naturæ solo objecto secernitur, illud tamen abusive sumptum ab hoc discrepat. 11. In interpretatione legum rationis adequatæ ex fine primario constituitæ ratio haberi debet. 12. Privilegia nec de casu ad casum, nec de persona ad personam ob idenditatem rationis interpretationem admittunt. 13. Decreta in causa litigiosa data in regula solum inter partes jus faciunt. 14. Consuetudo unice ex præsumpto consensu vim legis obtinet. 15. Jus ususfructus quandoque etiam in bonis liberorum adventitiis non competit. 16. Unio prolium effectum successionis inter liberos unitos reciprocæ non producit. 17. Præter civilem etiam naturalis pupillorum obligatio per legem civilem sublata est. 18. Contractus unilateralis sine authoritate tutoris à pupillo initus, si in hunc cadat obligatio, ex toto, bilateralis autem tantum ex parte pupilli invalidus est. 19. Jus civile ad transferendum rerum Dominium præter titulum traditionem requirens communi Reipublicæ utilitate nititur. 20. Fundamentum præscriptionis secundario quidem in negligentia Domini, primario tamen in bono Reipublicæ reponitur. 21. Quare ex sola causa ignorantiæ contra præscriptionem restitutio in integrum vix concedi valet. 22. In fructuum perceptione non cura & cultura, sed bona fides primariam acquisitionis rationem constituit. 23. In Judicio particulari b. f. possessorem ad restitutionem fructuum consumptorum, etiamsi ex iis locupletior factus fuerit, non teneri nobis videtur probabilius. 24. Usufructuarius causam proprietatis deteriorem reddere, aut rem in usumfructum concessam in aliam formam transmutare non potest. 25. Cautionem ab hærede potius quam a testatore remitti posse, leges non sine ratione statuunt. 26. In quasi usufructu jus in eadem qualitate & quantitate repetendi, non autem cautio vicem proprietatis sustinet. 27. Cedendo Jus ususfructus extraneo, hunc amitti, & cum proprietate consolidari *Legi 66. ff. de Jure dot.* rectè convenit. 28. Minus est in usu quam in usufructu, illo tamen concesso quandoque ususfructus intelligitur. 29. Quod donatio sit mortis causa facta, ex sola in ipso negotio facta mentione mortis erui non valet. 30. Quare ad testamenti factionem tot à jure sint solennitates præscriptæ, tum ex gravitate negotii, tum ex antiquitatibus romanis repeti debet. 31. Super peculio castrensi vel quasi-castrensi, non æque super peculio adventitio irregulari filiofamilias facultas testandi competit. 32. Legitima certa ratione spectata juris naturalis est, quoad quantitatem autem, & modum illam relinquendi juris civilis est. 33. Præter delicta in Nov. 115. expressa alia

ejus-

ejusdem generis rectè admittuntur. 34. Querela nullitatis non tantum filio præterito, sed & sine demonstratione justæ causæ exhæredato competit. 35. Querela inofficiosi in hoc unico casu, si hæres in probatione defecerit, tribuitur, & testamentum quoad hæredis institutionem salvis tamen de jure Nov. legatis rescindit. 36. Substitutio impetratâ contra aditionem hæreditatis in integrum restitutione non reconvalescit. 37. Qui ad querelam inofficiosi admittitur, non ideo rescisso per querelam testamento ab hæreditate excluditur. 38. Sub expressa substitutione pupillari vulgaris & vicissim, non æque sub casu imputentiæ expresso casus noluntatis, aut vicissim continetur. 39. Legatum rei alienæ, modo testator hanc alienam esse non ignoraverit, effectum de jure civili sortitur. 40. Factâ Legatorum & fideicommissorum particularium exæquatione, illa quoque hæredi præsenti oretenus sine testibus recte imponuntur. 41. Quare portio deficientis legatarii alteri collegatario jam nolenti sine onere, jam volenti cum onere, nec semper omnibus conjunctis accrescat, ex diverso modo conjunctionis explicatur. 42. Legatum sub conditione negativa relictum præstitâ prius à legatario cautione huic statim ab aditione hæreditatis præstandum est. 43. Differt legatum electionis à legato generis, licet in hac electio quoque competat. 44. Pluribus hæredibus seorsim in partibus institutis, in quolibet ratio falcidiæ habenda est. 45. In quartam trebellianicam omnia, in falcidiam titulo tantum institutionis relicta imputantur. 46. Filiusfamilias fideicommisso universali gravatus duplicem detrahit quartam. 47. Testamentum ob præteritionem liberorum nullum per clausulam codicillarem in vim fideicommissi sustinetur. 48. Jus repræsentationis in linea collaterali se ultra fratrum filios non extendit. 49. Ascendentes descendentibus sine distinctione an bona sint paterna an materna in lineas succedunt. 50. Fratrum Germanorum liberi si soli sint, non quidem de jure, ex æquitate tamen cum ascendentibus in stirpes admittuntur. 51. Rem commodatam ob propriam commodantis necessitatem revocari posse, intentioni contrahentium convenit. 52. Depositarius rem depositam repetenti nec exceptionem compensationis opponere, nec jure retentionis uti potest. 53. Exceptio non numeratæ pecuniæ elapso biennio à debitore opponi non potest, etiamsi hic onus probandi in se velit suscipere. 54. Re adhuc integrâ Mandatarius renuntiare non prohibetur, suscepto tamen negotio ad culpam levissimam tenetur. 55. Ob eandem causam plures actiones si ad diversa tendunt, institui posse non repugnat. 56. SCtum Macedonianum filiumfamilias etiam in conscientia à solutione liberat.

ejusdem gene
& sine deme
unico casu, s
tutionem salv
tionem hæred
ciosi admittit
Sub expressa
presso casus
hanc alienam
fideicommisso
stibus recte i
onere, jam v
junctionis ex
tario caution
à legato gen
partibus insti
omnia, in f
commisso un
nem liberoru
repræsentatio
descendentibu
Fratrum Ger
dentibus in
tatem revoc
repetenti nec
ceptio non
onus proban
hibetur, sus
plures action
num filiumf

s non tantum filio præterito, sed
. 35. Querela inofficiosi in hoc
testamentum quoad hæredis insti-
. Substitutio impetratâ contra adi-
cit. 37. Qui ad querelam inoffi-
nto ab hæreditate excluditur. 38.
ion æque sub casu imputentiæ ex-
gatum rei alienæ, modo testator
sortitur. 40. Factâ Legatorum &
: hæredi præsenti oretenus sine te-
ii alteri collegatario jam nolenti sine
tis accrescat, ex diverso modo con-
iva relictum præstitâ prius à lega-
m est. 43. Differt legatum electionis
44. Pluribus hæredibus seorsim in
. 45. In quartam trebellianicam
putantur. 46. Filiusfamilias fidei-
47. Testamentum ob præteritio-
fideicommissi sustinetur. 48. Jus
os non extendit. 49. Ascendentes
materna in lineas succedunt. 50.
ure, ex æquitate tamen cum ascen-
ob propriam commodantis necessi-
. 52. Depositarius rem depositam
jure retentionis uti potest. 53. Ex-
re opponi non potest, etiamsi hic
tâ Mandatarius renuntiare non pro-
tenetur. 55. Ob eandem causam
epugnat. 56. SCtum Macedonia-
at.